



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Felicis Potestatis Panormitani Ordinis Minorum S.
Francisci de Observantia ... Examen Ecclesiasticum**

Potesta, Felice

Coloniæ, 1712

Cap. I. De Blasphemia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40060

1134 Laicus eos tangens, si abijt contem-
pni, non peccat, ex ulsi.
1135 In eorum confectione intercedit sa-
cra unctio; eorum autem materia, & virtutes
hic explicantur versibus:

1136 Illam, & munda cera cum Chrismatis
unda
Conficiunt Agnum, quod munus do tibi
magnum.
Fonte velut natum, per Mystica Sanctifi-
catur.
Figura defursum depellit, & omne mali-
cium.
Potum frangit, ut Christi sanguis, & an-
geli.
Fragrans servatur simul, & partus libera-
tur.
Dona defert dignis, virtutem destruit i-
guis.
Potans mundè, de fluctibus eripit unda.

CAPUT VII.

DE TENTATIONE DEI.

1136 Tentatio Dei, est dictum, vel fa-
ctum, quo quis explorat, num. Deus
tantam perfectionem habeat: est duplex, for-
malis, & est, quando adest expressa dubie-
tas de aliqua perfectione, ut si quis se det præ-
cipuum e curri, ad experiendum, num Deus
est omnipotens, eum à læsione liberando, de
quo dubitat, & hæc est mortalis; quia est gra-
vis irreverentia, juxta illud daemoris Christo:
Quid dicitis, dicit, ut lapides isti panes fiant.
Implicata, & interpretativa alia; & est illa, cui
gravia dubitatio de est; & tunc habetur,
quando quis, licet non intendat Deum tenta-
re, tamen, vel agit, quod suapte natura
irreverenti videtur; ut si quis in gravi morbo
medicam naturalia omitat, nempe medicinam,
Puff. Exam. Ecclesiast. Tom. I.

sperans, aut petens à solo Deo effectum. Hæc
ut plurimum est venialis ob imperfectionem
actûs, ignorantiam, inconsiderationem, aut
parvitatem periculi; imò nullum peccatum,
si juxta causa adfit, v. gr. Dei instinctus, ne-
cessitas, pia utilitas: per accidens tamen po-
test esse mortalis ratione materiæ, si sit peri-
culum gravis mali, ut si quis advertentem in
puteum se projiceret ad ostendendam Dei
erga se providentiam.

Bonac. tom. 2. pag. 255. Tambur. tom. 1. lib.
2. c. 5. 2. Busemb. lib. 3. tr. 1. c. 2. dub. 1. Bertal-
dus 1. præcept. p. n. 1. 3.

1537 De hæresi, fuscè actum est in tom. 2. n.
258. à n. 289. ad 239. S. à n. 281. ad 296.

DE II. PRÆCEPTO
DECALOGI.

Non assumes nomen Dei sui in vanum.

CAPUT I.

DE BLASPHEMIA.

1538 Satis dictum est in tom. 2. à num. 210. ad
211.

1538 Facere daemonium sanctum, licet in
se sit blasphemia hæreticalis, in Regno tamen
Siciliæ, ob consuetudinem, non reputatur
blasphemia hæreticalis, sed simplex, ut in
tom. 2. n. 215. Imò à viro dignissimo, & S. In-
quis. Ministro, æquè perito, ac docto, audi-
vi, idem per totam Italiam servari, Ex Decla-
ra. S. Inquisit. Rom. de anno ferè 1605.

1539 Et licet id sit regulariter verum;
potest dari casus, quod etiam in nostris Re-
gionibus censeatur blasphemia hæreticalis, ex
adminiculis, & circumstantiis; putà si quis
dicat esse Sanctum, & Sanctissimum; si non
raro, sed cum frequentia, ad omnem animi
Gg mo-

motum, etiam levem, & si alias blasphemias, ac maledictiones hareticales annectat. His de causis in nostro Tribunali elapso anno 1701. fuit declarata suspecta de levi, & trium annorum exilio punita mulier in hujusmodi blasphemiam demonii Sancti assuetam prorumpere.

CONVITIUM,

1540 **S**eu verbū contumeliosum in Deum, & Sanctos, semper est blasphemia, non sic in ceteras creaturas, nisi specialiter in eis Divina Bonitas reluceat, ut in caelo, & cetera.

1541 Hinc si sit contra ventum, pluviam, locum, brutā, &c. est maledictio, & imprecatio, quae non est per se mortalis, nisi fiat eodem expressa relatione ad Deum, aut cum deliberato desiderio damni proximi. Similiter de parentibus, & de aliis, quando filiis, aut amicis mala imprecantur; quia regulariter id non solet procedere ex odio, sed ex impatientiae impetu; peccarent autem mortaliter contra charitatem, si advertenter, & deliberatē gravia illa mala desiderarent.

Mastrius in *Theol. mor. disp. 11. quest. 3. num. 40.* Bonac. *rom. 2. pag. 252.* Joan. de la Crux. *pag. 15.* Tamb. *rom. 1. lib. 2. c. 6. §. 4.* Busenb. *lib. 3. tr. 2. c. 1.* Fenech. *de blasphem.* Bertaldus *x. praec.*

CAPUT II.

DE JURAMENTO.

1542 **J**uramentum, est invocatio tacita, vel expressa divini Numinis, tanquam prima, & infallibilis veritatis, in testem alicujus rei. Differt à voto, quia Deum ut testem respicit, votum ut objectum, 2. quia votum non obligat, nisi sit de meliori bono, ju-

ramentum verò factū homini obligat, si non sit de meliori bono, ratione fidei dicitur: *Factum homini*, nam si erit juramentum promissorium factum Deo, sequitur votum.

1543 Quando dicitur: *Juro hoc mecum*, nil aliud addendo, non est juramentum. Allozza *ver. Juram. ex Villal.* quia non est invocatio expressa, aut tacita divini Numinis. 1. Quia hoc verbum *juro*, est differens, & conjungi potest tam cum invocatione divini Numinis, quam cum invocatione alicujus creaturae, in qua divina specialiter non relucet; ut *juro per sanctum*, *minis honorati*, &c. 2. Quia non habetur invocatio expressa Dei, ut constat; nec tacita, virtualis, qualis esset, si fieret per Sanctum per creaturas, in quibus specialiter divina veritas, seu veritas relucet; quoniam nihil dicitur: corroboratur ex regulis juramenti.

1544 Quod est verum, nihil ex constanti aliud intelligatur; nam si inestrog sub vero juramento de veritate, tu dicitur jam est determinatum ad juramentum.

1545 Non sunt juramenta: *Jo meo*, *Scientia*, *Per fidem meam*, *Per fidem*, *Sancti*, *Religiosi*, *hominis honorati*. Metus *Juram.* quia non habetur respectus ad verum testimonium, sed ad fidem humanam ad fidem, quae praestari debet Sacerdoti, Religioso, Nobili, &c. Pariter, *in veritate*, *in veritate* non est juramentum, nisi fuerit prima veritas.

1546 Eadem ratione non sunt juramenta *Sim infamis*, *Amputetur mihi nasus*, &c. *viol.* Gobat. *tom. 3. de juram. c. 489.*

1547 Sacerdos jurans coram Iudice in pectore Sacerdotali, praestat verum juramentum; quia ex communi acceptatione, & hac forma jurandi exigitur à iudice cum respectu ad primam veritatem, ut testem.